

EXPLICATIO VERSUS II.

וַיִּשָׁא levate manus vestras:) h. e. præter internam cordis devotionem, externos etiam adhibete gestus religiosos, ut sunt manuum elevatio, confer *Exod.* IX, 29. 33. XVII, 11. 12. *Ejz.* IX, 5. *Psal.* XXVIII, 2. LXXVII, 3. LXIII, 5. CLXI, 2. LXXXVIII, 10. CXLIII, 6. 1. *Reg.* VIII, 22. *Thren.* III, 41: (corda cum manibus.) *Lev.* IX, 22. 1. *Tim.* II, 8. vide *Druf. l. 2. animad. c. 16.* de manuum levatione, quotuplex.

קִרְשׁ versus locum, sanctitati illius dicatum:) ita *Campensis.* h. e. ad arcam fœderis, quæ Mesiaæ erat typus, & quam in precibus jubebantur antiqui attendere; vide 1. *Reg.* VIII, 38. 2. *Par.* VI, 29. unde simul supplere licebit **וְאֵלֵינוּ** ad sanctuarium, i. e. versus sanctum sanctorum, secundum *Vatablum. Piscatorem, Belgas. LXX. εἰς τὸ ἁγία* confer *Psal.* XCIX, 5. adore **לְהַרְדּוּם** versus scabellum pedum ejus, *Jon.* II, 8. venit ad te oratio mea ad templum sanctitatis tuæ. *Muis:* in sancto, vel sanctuariô. *Sanctitatem* autem accipi pro loco templi sancto, videre licet passim; confer *Psal.* XCIII, 5: domum tuam decet **קִרְשׁ**. item *Psal.* XX, 3. CL, 1. *Junius:* sanctè, ac si **מְקִרְשׁ**: cujusmodi textus 1. *Tim.* III, 8. volo viros &c. *Chaldeus:* **עַל רוֹיְכֵן קִרְשׁ** super suggestum sanctum. miratur hanc versionem *Elias in Thubi*, at sine causâ, censente *L'Emper. midd. p. 75.* eò quòd & Levitæ musicam in suggestu eò exercuerint tempore oblationis, ut inquit *Kimchi*, & sacerdotes benè precati sint populo in eodem loco.

וּבְרַכּוּ benedicite:) repetitur, ob continuitatem celebrationum indefinentem exprimendam.

EXPLICATIO VERSUS VIII.

יִכְרַךְ (è diversò Dominus ille) optinè faciet tibi:) ita *Campensis;* ut & *Kimchi:* pulchram indicans relationem mutuumve respectum inter nostrum benedicere verbale, & inter Dei benedicere reale. Confer *Psal.* XLV, 3: benedixit tibi Deus in seculum. *Psal.* cxxxii, 15. cibo ejus benedicam. Affixum singulare videtur poni distributivè, ita ut cuius laudantium decenter Dominum, promittatur divina benedictio, seu larga bonorum omnis generis collatio. Sic fermè *Tirinus.* Nonnulli, ut *Piscator*, interserens **לְאִמֶר**, *Coppen, &c.* volunt hanc fuisse formulam precum sacerdotalium pro totâ ecclesiâ, ut fit allusio ad *Num.* VI, 24. Verùm id cum anteceden-

tibus non satis videtur cohærere, cum personæ sacræ hic solum jubeantur **לְכַבֵּד** celebrare Dominum, nullâ precum pro populò factâ mentione. *Muis* proinde dramaticum censet hocce carmen, ita ut *vers.* 1. & 2. dignior è Levitis cæteros officii commonefaciat; qui ipsi *vers.* 3. duci huic suo excitanti referant quasi gratias, beneque ipsi precentur.

מְצִיּוֹן è Zion:) i. e. loco cultus sacri publico, quem ut adorantes externò gestu, tenebantur venerari, ob peculiarem Dei præsentiam gratiosam, ad locum illum in V. T. restrictam, ita ex eodem etiam petita ac beneficia omnis generis videbantur reportare.

וַיַּעַשׂ faciens:) additur hoc, tanquam manifestum divinæ tum potentia, tum clementia, tum sapientia documentum; quippe qui caelum fecit, unde omnis benedictio, qui terram fecit, suos ferentem nobis quotannis proventus, is etiam suam porrò non denegabit benedictionem his, qui laudes ejus religiosè observant: ita *Kimchi.* confer gradationem *Hof.* II, 21. 22. exaudiam caelos, hi terram &c.

USUS PRACTICUS E VERSU I.

[1] Unusquisque nostrum sciat se esse servum Dei vivi. v. præc. I. & art. 1. symb. apost.

(2) Speciatim hoc attendant ministri ecclesiae. 1. *Pet.* V, 2. 1. *Cor.* IV, 2. *Gal.* I, 10.

(3) De benedictione ac laudibus Domini præc. II. conf. *Jes.* XLIII, 21. *Eph.* I, 6.

(4) Cuique standum in officio masculè ac promè *Sirac.* V, 11. *Eph.* IV, 14. 1. *Sam.* XII, 23.

(5) Noctu etiam recordandum Dei, laudesque ejus recolenda.

USUS E VERSU II.

(1) De invocatione Dei, cujus signum elevatio manuum, & quidem purarum, (1. *Tim.* II, 8.) vide *Jes.* I, 15. & præc. Ildò.

(2) Laudes Dei repetenda indefinenter ac sine fastidio.

USUS E VERSU III.

(1) Quales nos erga Deum, talis ipse vicissim erga nos sincerus: *Psal.* XVIII, 26.

(2) Benedicentes benedicuntur: labor in Domino baut erit frustraneus: 1. *Cor.* XV, 58. *Jes.* LV, 10.

[3] Creatio caeli terræque optimum fiducia timorisque divini fundamentum: *Act.* IV, 24.

PSALMI CXXXV. DISPOSITIO.

Deus potens, vani Dii,

Collatio Dei cum idolis.

Est hic I. seria ad laudes Dei compellatio. ubi (1) laudantes: servi Domini: (2) actus, laudate: (3) laudandus: Dominus, nomen Domini: v. 1. (4) locus: domus Domini, atria ejusdem: v. 2. (5) rationes: quia [α] bonus: (β) psallere huic nomini, jucundum: v. 3. (γ) elegit hic sibi Jacobum, seu Israëlem in peculium: v. 4. (δ) magnus est præ Diis omnibus aliis infallibiliter: v. 5. (ε) est omnipotens: quicquid vult, facit in caelo, terrâ, mari a-

byssisque omnibus. v. 6. (ζ) producit imbres, [*] fulgura, [θ] ventos: v. 7. [ι] percussit primogenita Aegypt. v. 8. [κ] dedit ibidem signa in rege servisque, v. 9. [λ] percussit populos regesque magnos, v. 10. Sichonem, Ogum Cananeosque reliquos: v. 11. [μ] distribuit ipsorum regiones populo suo Israël. v. 12. [ν] fama & nomen Dei est perenne: v. 13. [ξ] vindex erit sui populi servorumque misericordissimus: v. 14.

II. Idolo-